



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

De S. Humberto confessore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

transferre potuissim. Sicque factum est, ut in me probareni ea etiam de illo vera esse,
quibus ipse minime interfuerit.

Petrus. Quia eundem virum magnæ compunctionis fuisse dixisti, ipsam lachryma-
rum vim largius addiscere cupio. Vnde quæso, ut quæ sunt genera compunctionis,
mihi edisseras.

Gregorius. In multis species compunctionis diuiditur, quando singulæ quæque à poe-
nitentibus culpæ planguntur, vnde ex voce quoquè pœnitentium Hieremias ait:
Dimisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter vero compunctionis genera
duo sunt: quia Deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. Prius
cuim se in lachrymis afficit: quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti
æternæ supplicia pertimescit. At vero cum longa mœroris anxietate fuerit formido
consumpta, quedam iam de presumptione venie securitas nascitur, & in amore cœle-
stium gaudiorum animus inflamatur: & qui prius flebat, nè duceretur ad supplicium:
postmodum amarissimè flere incipit, quia differt a regno. Contemplatur etenim
mens, qui sunt illi Angelorum chori, que ipsa societas beatorum spirituum, que mai-
estas æternæ visionis Dei: & amplius plangit, quia à bonis perennibus defet, quam
fleuit prius, cum mala æterna metuebat. Sicque fit, ut perfecta compunctionis formidi-
nis, tradat animum compunctioni dilectionis.

Quod benè sacra veraciq[ue] historia figurata narratione describitur, quæ ait, quod Axa nilia Caleph sedens super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem: terram Australem & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Deditque ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Axa quippè super asinum fedet, cum irrationalibus carnis suæ motibus anima præsidet. Quæ suspirans, à patre terram irriguam petit: quia à creatore nostro cum magno ge-
nitu querenda est lachrymarum gratia. Sunt nanque nonnulli, qui iam in dono per-
ceperunt liberè pro insitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ar-
dorem fidei habere: sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. H[ic] nimirūm ter-
ram Australem & arētem habent, sed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus
positi, in quibus magni atque feruentes sunt, oportet nimirūm ut aut timore suppli-
cij, aut amore regni cœlestis mala etiam, quæ anteā perpetrauerunt, deplorent. Sed quia (ut dixi) duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus irriguum superius,
& irriguum inferius. Irriguum quippè superius accipit anima, cum se in lachrymis
cœlestis regni desiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit, cum inferni supplicia
flendo pertimescit. Et quidem prius inferius, ac post irriguum superius datur. Sed quia compunctionis amoris, dignitate præminent: necessè fuit, ut prius irriguum supe-
rius, & post irriguum inferius commemorari debuisset.

Petrus. Placet, quod dicis.

VITA S. HUMBERTI CONFESSORIS, IN HANNONIA QUIESCENTIS: EX PERPETVSTO MS. codice. Natalis eius incidit in Annunciationis Dominicæ diem: Ele- natio vero in sextum Septembris, quo die Cameracensis Ecclesia eius festum celebrat.

EMPORIBVS Childerici Regis Francorum floruit sanctus Domini Humbertus de Macerijs villa, ex beato Eurardo patre, & Popita matre, claris Francorum processibus. Qui ab ipsis puerilibus annis egregia futura sanctitatis dedit indicia: præsentia scilicet fastidire, nihil in mundo appetere, sola qua fructum beatitudinis veræ pariunt, ambire. Ob hoc parentes eius aduententes puerum superna illustratione visitatum, Lauduni viris peritisimis commendarunt sacris literis imbutum. Vbi proficiens Traditur illa. ætate & gratia, in monasterio recluditur, & visque ad sa- teris imbu-
cerdotium vita merito promouetur. In præfata autem endus & sa-
vrbis ecclesia supra coquos & senes sanctitate tanta pollebat, ut multi eius exemplo initiantur,
animati,

animati, viuere beatius eligerent. Euoluto autem aliquanto tempore, accepto ab Episcopo benedictione, ad possessiones sibi relietas à parentibus perrexit, vt eas Dominicae familiæ condonaret. Cùm autem ad quendam locum ditionis suæ peruenisset, superuenit ibì sanctus Amandus Episcopus cum venerabili viro Nicasio, qui peregrinationis gratia ad Apostolorum limina pergebant. Cùm ergò à beato Humberto Romam hospitio recepti & consolati fuissent, ipse sanctus Humbertus eadem deuotionis gratia peregrinationem cum ipsis accepit.

Sagmaria, Illis ergò iter agentibus, dum quadam die fatigati ex itinere residerent: ecce subito ex sylua, quæ fortè contigua erat, miræ magnitudinis vrsus profligans, appræhendit unum ex sagmarijs eorum, quem in terram prosternens suffocauit. Intenti beati viri familiare damnum ignorabant. Parantibus iter repetrere, cùm non adesset equus ad subiectum sarcinulas, vnum è famulis beatus mittit Amandus ad educendum equum, quem gramina carpentem astimabat. Parenis puer, properauit ad locum vbi cadauer equi bestia corrodiebat. Cùm autem famulus perterritus moraretur, currens beatus Humbertus inuenit equum euisceratum, & iuxta eum vrsum sanguine cruentatum. Quem cum magna appræhensionis securitate, Quia tu, inquit, quod nobis in solarium itineris Deus dederat, necasti iumentum, oportet ut nobis illud huciusquæ obsequium supplex, & sarcinulas nostras toto peregrinationis nostræ itinere feras. Videres horribilem bestiam statim mansuescere, & quæ feritate bestijs & hominibus fuerat infesta, iam velut familiare mācipium stat obediens parata. Vocata citius accedit, membra componit, onus patienter suscipit, cum procedentibus procedit, cum stantibus ipsa quoquè subsistit. Illis coenatibus, illa modesta adstabat atque portionis sua stipendia de manu porrigentis humiliter sumebat. Dehinc ad sarcinas rediens, eas, dum sancti viri quiescerent, seruabat. Verum iter illis agentibus, nimia per vrbes erat admiratio, stupitus cunctis ferum animal humanis vībus famulari. Sed nè sancti fortè iactantiae virtus tentarentur, ipsius Romæ appropinquantibus, eiusdem sedis Episcopum admonuit Dominus per Angelum, dicens, ab occiduis finibus homines aduenisse meritis sublimes, quibus ad obsequium fera comitatur agrestis. Mitte ergò in occursum eis, nè cum ostensione tali vrbe introcant, sed bestiam ad latebras ire permittant, nè tumultuose plebis in se admirationem excitant. Quamvis Pontificis iussione audita, sancti viri, quod mandabatur, deuotè fecerunt.

In præsentibus locis, postea fucrunt extructa monasteria. Visitatis igitur sanctis locis, sanctus Amandus cum beato Nicasio Helnonense territorium expetiuit: sanctus vero Humbertus se Maricolis inuenit. Verum elapsò aliquanto tempore, beatus Humbertus candem peregrinationem secundò folus arrupuit, vbi cùm in oratorio beati Petri orationi diu inumberet: ecce Angelus ei de cælo adstitit, & super verticem illius signum Dominicæ Crucis expressit, multis fidelibus hoc cernentibus. Cùm verò vifendi desiderio beatum Amandum ad Gallias properaret, Angelus Domini eidem sancto Amando assistens, dixit: Dilectum Domini Humbertum noueris te visitatum aduenire, cui tu occurrens, contemplare cuius signum gestat in capite, & illius hostiam fore scias. Nec mora beatus Dei sacerdos procedens in occursum beati Humberti, vidit super caput illius radiantem Dominice Crucis speciem incredibili fulgore coruscare, & præmissa oratione corruit ad lege vitam genua eius, eum colligens hospitio cum gaudio spiritali. Post hæc ædificauit sanctus Humbertus monasterium super alueum Helpra Maricolis nominatum, in quo monachos constituit. Aliud quoquè non procùl coenobium extruxit, in quo clericos & Februarij triusque conditionis & gradus tringita constituit. Venatoris cuiusdam canes, certum inter syluam insequebatur, forte vir Dei agrum excolebat, vt fratum habitacula construeret. Quod vi expeditius ageret, pallium procùl abiecerat. At venatores tubis perstrepentibus feram cursu & clamore vrgebant, iamque vista fera, cùm nullum ei patuisse refugium, inter morsus salti dedit, & se sub ipso pallio anhela composuit. Quid vitra? Canibus circumlatrabitibus accedere proprius fas non erat. Agitantibus venatoribus, retrò potius timidi agebantur, tanquam vultum minantis furent. Ipsi etiam venatores in dissolutionem versi, obrigente mole corporum, tela deponebant. Quidam eorum beatum virum conspiciens, protinus ab equo desiliuit, & meritum sancti percipiens, patrimonium suum ad vīs fratum beato Humberto obtulit. Ex quibus sanctus solummodo vnam sui iuris villam illius benigna importunitate suscepit: quam Liniatas dicunt, & stipendariam in vīs fratum delegavit.

Canes non audierit inuadere cervū sub pallio. Aldeguenitatem. S. Aldeguenius cum inuitarit. Prouulgata longè lateque fama sancti, beata Aldegrundis cum visere aggreditur, vbi

De hoc signo S. Crucis in fronte. S. Huberti. S. Amandi. S. Aldegrundi scripta. 6. Februarij. Construit monasteria. Canes non audierit inuadere cervū sub pallio. Aldeguenitatem. S. Aldegrundis cum inuitarit.

Prouulgata longè lateque fama sancti, beata Aldegrundis cum visere aggreditur, vbi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
PADERBORN

vbi per aliquot dies ab eo spiritualibus epulis est refeſta. Cū autē ſitum monaſterij & circuniaſentia arua colloquendo luſtrarent quodam die aſtuo, contigit beatam Aldegrundem intolerabilem ſitum incurrere. Progredientibus paululum, virgo acrius v̄gebatur, donēc violentia ſitis euicta deficere ſe clamat. Eius moleſtiam vir ſanctus non ferens, orationi incubuit donēc expleto vniuerso horæ ſpatio ſenſim ab arenti ſolo ſitenti Aldegrundem deſuadi in & arenoſo ſcatentis aquæ vena proſiliens, largum ex ſe fontem excitauit. Sed dum arenoſo loſanctus virginis aduentui hoc p̄ficitum fuſſe diceret, & illa meritis eius potius affri- co fontem beret, ambo munus caeleſte gaſtauerunt. Paret viſque in hodiernum diem: nec defi- precibus ex- citat.

Adueniente tempore obitū ſui, ipſe ſanctus misit ad beatam Aldegrundem, vt veſtes in uſus exequiarum ſibi mitteret, vt linneis virgineis manibns textis, virgineos ar- tus componeret. Miſſus itaque nuncius cū iter medium explicuiffet, eccē à beata Vicin⁹ mor- ti mituit, ad virgine alter miſſus occurrit, ferens ſecum linteamina, quibus obuolui deberet cor- Aldegrundem pus defuncti. Hi inter ſe cauſas & tempus itineris mutuo ſermone diſcutientes, ad pro linneam ad in- uerterunt unam eademque horam fuſſe, qua vterque executionis mandata fuſce- uolum ad in- perat. Quod non abſque diuino nutu contigit, vt longè poſita virgo, nec fama, nec corpus ſu- nuncio præmonita, funus sancti viri curaret. Cuins corpus in oratorium, quod ipſe ſe p̄ſuītura conſtruxerat, diſcipuli ſepeliuerunt in magna gloria, vbi innumerabilia postmodum ciuſi, contigerunt miracula.

Tranſlatio eiusdem.

Centesimo quinquagesimotertio anno post mortem S. Humberti, monente Angelo, ab Abbatे Rodino leuatum eſt de tumulo ſancti viri corpus. Admirari autem nemo ſufficit, quanta miri odoris ſuauitate perfusi ſunt qui aderant. Et quod magis stupeſum, ſacrum corpus ita illæſum & incorruptum inueniuntum eſt, ac ſi eadem die ſpiritu emiſſeret: vt ſi lectulum compositum videres, dormire ho- Corpucius poli 153. au- minem exiſtimares. Verū linteamina, quibus ipſe inuolutus fuerat, nihil in ſe cor- nos incor- ruptionis habebant. Sed & herbae, qua ſepultræ eius die appositæ fuerant, quas ruptum ap- nullas pro temporis antiquitate putares, adeò virides ſunt repertæ, ac ſi terra radici- paret. tuſi inhærentes, irriguis aquis virescerent.

MARTYRIVM SANCTI MARTYRIS SOZON-
TIS, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.

V M Maximianus eſſet Præſes Ciliciae, & impietatem au- 7. Septembriſis.
gere & extollere, conuenienter edicto Imperatorum,
magno ſtudio contendere, veniſſet autem in ipſam quo-
que Cilicia Pompeiopolim, & aureum, quod illuc cole-
batur, ſimulacrum ſplendido ſacrificio & alio ſtudio ho- Patria ſancti
noraret, & ſic oſtentaret ſuam falſam religionem: qui-
dam adoleſcens, patriam habens Lycaoniam, & ab ortu Sozonis.
quidem Tarasius, in diuino autem baptismo Sozon de-
nominatus, cum priore vita amifio quoquè nomine,
cum eſſet paſtor ouium, fit etiam nihilominus paſtor ho- Sozon, pa-
minum. Nam in quibus locis degebat in paſtione, illic flor ouium.
omnes excipiebat conuiuio verbi pietatis, & introducebat in Dei mandram. Hic
vir cū eſſet moribus quidem hilaris & mitis, in lege autem Domini haberet volun- Psal. 1.
tatem, & in ea noctes & dies meditaretur, ea ratione nec propheta fruſtratur beatitudine.

Cū autem fuſſet aliquandō Sozon in quodam loco, qui habebat fontem, &
fonte herbaque, qua nata erat iuxta fontem, gregem paſceret, eum valde opportu-
nus & ſuaui ſomnus inuafit, & diuina quædam ad eum accedit viſio. Viſio autem viſio eius,
eum magis conſirms, & ei animum addit ad pietatem. Deinde etiam reuelat gra-
tiam, qua ad locum erat deſupè deuolatura. Erit enim, inquit, hic p̄fens locus Vaticiniū.
multis utiles, & apud ipſum ſalutem inuenient, & glorificabunt Trinitatem. Cū il-
linc autem ſurrexiſſet egregius ille paſtor, venit Pompeiopolim, & cum in ea quidem
vidiſſet florere impietatem, contemptas autem eſſe res Christianorum, & ſummi neglectas,